

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,  
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &  
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque  
obeundi**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ, 1690**

Post Mensam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](#)

curabat, & occurrentem præclaram ser-  
tentiam bis t'erve subinde repetendam in-  
bebat, ita ut oculi sapientis lacrymis dulcibus  
innatarent, nec ipsum tantum, verum et  
iam aspicientes pie afficeret. Idem S. Caro-  
lus Borrowius, aliiq; quam plurimi omnis  
conditionis cum fructu, gustuque singulari  
præstiterunt: si vero tibi lectionis opportu-  
nitas desit, piis saltem, brevibusq; conside-  
rationibus aut affectibus animum pase;  
nunc ex suavitate & efficacia cibi ascen-  
dendo ad Conditorem; nunc mentem ele-  
vando ad cœnam nuptiarum Agni, nunc  
nonnulla ex prædictis ferculis spiritua-  
libus degustando.

## P O S T M E N S A M.

I. Memor Divinal liberalitatis gratias  
age; benefactoribus vivis gratiam, Defun-  
ctis requiem precare, alacriusq; Deo tam  
in te liberali servire statue.

II. Sub Martyrologio, (quod apud  
quosdam Religiosos super mensam legitur)  
Deum in Sanctis mirabilem suscipe, lau-  
da, magnifica: Sanctis vero gratulare, eo-  
rum patrocinio te commendare, imitari et  
desidera, coronamque similem exopra.

III. De-



III. Demum intimâ devotione, attentione & reverentiâ, gratiarum actionem persolve; & Dei profusam beneficentiam agnoscens, fiducia filiali in sinu paternâ ius providentiae conquiesce.

IV. Discute breviter quâ tempore mensa te gesseris: si deliqueris, veniam petitionatum offer, de novo propone, alacrius consueta exercitia perage, nunquam de cibis conquerere, vilissimis etiam ob peccata tua indignum te judica: nec tantioranum exiolle: hæc enim Sacerdotem ad delicias coelestes anhelantem dedecent.

## H O R A XIII.

Oratio ad trinum Campanæ pulsum.

I. Christus factus est pro nobis obediens, usque ad mortem, mortem autem Crucis. Ave Maria. II. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen. Ave Maria. III. Ut in nomine Jesu omne genitum flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Ave Maria. Qui passus est pro nobis, misereatur nostri.

V 7

Oremus

